pudor! quis dolor! Hic sui impotes tentare fugam, latebras
inquirere, optare nocte Cymmeria circumdari, vel maris utrinque
cingi, sed tamen dum fugam tentant revertuntur, amare non
hominum aspectus et fugere, aspicere, aspicique declinare, solivagi
esse, et cum aliis versari, unde contingit illos ~~saepe~~ in istorum
canum quasi naturam conversos latratus edere, undique discur
rere, impingere ubique, nullibi quiescere, certe Timones, Bel
lerophontesque alios cernere licet, et quod maximum, nisi con
tinuis iisque aptis remediis morbi vis tollatur, amentes sine
rationis usu emoriuntur, una autem prope cynorrhodos misera
bilis superest, quae istis medelam afferre possit. At vero viri saepe
per multorum annorum circulum latere inadvertenterque lento et
cruciare dolore suo, donec tandem subito erumpens gentibus ene
cat, cum plane omnibus periculis defunctos se credunt, et cicatrices prio
res obducto. et quid Auditores? luctuosius? quam si, qui im
mensos oceani fluctus illaesus transiit, si, qui ventorum turbi
nes, imbresque sustinuit vehementissimos, nec iis obrutus, Iovis
tonantis ictus creberrimos intactus et sine vulnere excepit, si is
tandem in ~~[illegible]~~ littore, vel ~~ipso~~ littus cum iam ovans egressum molitur nau
fragium pati cogitur? quid inquam luctuosius? quis commiseratione
non tangatur in milite, quem in pugna, in acie, in periculis, inter vul
nera, ab omni hostili liberum ferro, in ipsa acie furore hostis e=
reptum, omnibus in pugna periculis defunctum, ab omni vulnere pluries vul
neratum immune intactumque vidit, inde tamen egressum pugna,
cum victore Exercitu victorem iuxta sociorum castra constitutum
telo subitaneo feriri prosternique. Quis talis non misereatur? Et vix

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 246r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/246r)